

si honestate debita, in quo iudicis arbitrio locum esse, qui aestimabit, an ob talia munera donaretur, si de filius donator cogitaret, resoluit Hermos. *n. 14.*

14 Sed ubi dubium sit, an pater dum donabat, liberorum meminerit? non meminisse praesumendum erit; nam maxima parentum charitas suadet, ut si de propria prole cogitasset, neutquam donavisset, & factum, cum in obscuro est, ex affectione capis interpretationem; *l. cupianda, 129. §. quod factum, ff. reg. jur. Pro qua resolutione etiam facit, quod in re obscura favendum potius est repetitioni, quam adventitio lucro; l. non debet, 42. §. in re obscura, eod. tit. quam sententiam sustinent Tiraquel. in d. prefat. num. 66. Ant. Gabr. *dict. lib. 3. cap. 2. num. 56. Jul. Clar. *dict. §. donatio, qu. 22. vers. Ex qua, Scaccia. de iudic. libr. 2. c. 2. n. 157.***

15 Quod autem dictum est, non revocari donationem nativitate filiorum, de quibus cogitatum est, intelligi oportet quoad totum; nam legitimam sine distinctione a donatario liberi etiam postea nati poterunt avocare, mortuo patre, (est ex d. *l. si unquam*, donatio vivo patre, & per ipsum possi retractari, imo iure ipso nascentibus filiis statim irrita sit; Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 9. num. 40.* & omnes communiter: ita probant ex *dict. l. si totas, 5. C. de inoffic. donat. Gutierrez. *dict. cap. 9. num. 5. 6. Gregor. Lop. in *di. l. 8. glos. 2. Petr. Barbof. in l. 1. part. 1. num. 170. ff. solut. matrim. Baec. supra, c. 9. n. 41. Bapt. Costa supra q. 152. n. 4. Castill. *controv. lib. 2. c. 13. n. 50. Mangil. d. q. 97. n. 22.****

16 Remedium *dict. l. si unquam*, solum competit, ubi filius legitimus & naturalis supervenit; alii autem ad retractandam donationem non profunt, *dict. l. 8. parita*, & ibi Hermos. *glos. 7. Cyriac. *dict. controvers. 9. num. 70. Bernard. Diaz *dict. reg. 213. limitat. 1. ubi Salcedo. Tiraquel. verbo, susceperit liberos, n. 56. Mangil. *qu. 107. n. 7.****

17 Quod adeo compertum habetur, ut Gregor. Lop. *in di. l. 8. glos. 7. dubitaverit*, an legitimatus per subsequens matrimonium, ad revocationem donationis sufficiat? In quo distinguendum est; aut hic filius natus, & legitimus fuit post donationem, & erit locus praesatae constitutioni, ut in totum evanescat donatio: aut erat natus tempore, quo donabatur, ac postea legitimus effectus est; & solum donatio revocabitur usque ad legitimam. Ratio est, quia pater donans, de hoc, cum jam esset natus, cogitavit tanquam de filio; de illo nullatenus, qui nondum in rebus humanis erat; atque ita distinguunt D. Covar. *de matrim. part. 2. cap. 8. §. 2. n. 36. Tiraquel. num. 60. Duennas reg. 150. ampliat. 3. Gratian. Falcon. reg. 150. num. 16. vers. Hanc tamen. Hermos. *dict. glos. 7. n. 14. Gutierrez. in §. sui, n. 180. Inlt. de hered. qualit. & differ. Ripa in *di. l. si unquam, q. 30. n. 82. Quod limitans post alios, Tiraquel. n. 74. & Menochi. de praesumpt. lib. 4. praef. 84. n. 79. quando in articulo mortis filius in fraudem donatarii per matrimonium legitimitur: & quomodo de fraude constare debeat, docet Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. ex num. 27.****

18 Sed contrarium praemissa distinctione: videlicet filios post donationem legitimatos per subsequens matrimonium, etiam ante ipsam natos, irritam reddere paternam liberalitatem in totum, communem est; ut videre licet apud Hermosill. *supra* Tondur. *dict. capit. 54. numer. 23. 24. ubi hanc sententiam veriore, ac receptiore adductis aliquibus affirmat; & proculdubio tenendum est ita, si filius illegitimus natus tempore donationis erat incapax*

successionis paternae; praesumitur enim, ideo pater extraneo donasse, quia propriae soboli dare non licebat, cum quo, ad hoc idem sit filios non habere, ac bona ad illos pervenire non posse? alius prior distinctio magis placet.

Legitimati vero per rescriptum Principis donationi non nocent ex *di. l. si unquam*, juxta commune Interpretum placitum; Tondur. *num. 20. Joan. Lup. in tract. de illegitim. comment. 4. §. 2. n. 39. 40. 41. Gregor. Lop. in in *di. glos. 7. Barr. in l. 1. n. 17. C. de inoffic. donation. Alciat. in rubric. de liber. & posthum. n. 43. Spino. in specul. testament. glos. 16. princip. num. 141. cum seqq. Bernard. Diaz d. reg. 213. limit. 2. ubi Salcedo, Gratian. Falcon. reg. 150. n. 16. in princip. Catheran. *decis. 122. num. 16. Mangil. *qu. 110. à num. 4. Cevall. *commun. opinio. *qu. 720. ubi contrariam etiam communem refert.******

Filius naturalis revocat donationem a matre factam, juxta *di. l. si unquam*; sic docent communiter DD. teste Hermosilla *in di. glos. 7. num. 7. Oportet tamen sustineri Pat. Molin. de iust. & jur. 23. disp. 282. vers. Dubium praeterea est*; quod iuri consonum videtur, maxime attenta *di. l. parita*, cujus generalitas etiam feminas comprehendit; argumento *l. ff. de verbor. significat. Neque expedit, ut ex turpitudine commodum consequantur; quod iura abhorrent. l. ab hostibus 11. §. 1. ff. solut. matrim. cap. contingit, 9. de dol. & contum. nam parentum favore respicit illa constitutio, ut ibi notant DD.*

Ei, qui renunciavit suae legitima juxta formam capit. *quamvis pactum, 2. de pact. in 6. nativitas filii ad revocandam renunciationem non suffragatur: est communis resolutio; pro qua Gutierrez. in *di. cap. quamvis num. 28. D. Covar. *ibidem*, part. 3. §. 3. n. 12. Ant. Gom. *di. 4. cap. 4. num. 24. Tiraquel. verbo, donatione largitus, n. 180. cum aliis, Hermos. *glos. 3. num. 16. licet contradicat Molina *de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 41. vers. Sed quamvis*, cum numeris seqq. ubi de renunciatione ad majoratus institutionem tractat; cujus sententia vera est omnino, si hereditati jam delatae renunciatur, nam per supervenientiam liberorum revocabitur renunctatio, ut ipse docet, num. 40. Tiraquel. *numero 174. Ripa *ibidem*, qu. 11. num. 20. 21. & alii communiter. Sed si majoratus renunciatur per primogenitum, prole suscepta, corrumpit renunctatio; Tiraquel. num. 171. Boeri *decis. 179. Burg. de Paz in *proem. legum. Taur. num. 96. Alvarad. *de conjectur. ment. testator. lib. 2. cap. 3. §. 1. num. 27. Mieres *de majorat. part. 1. question. 21. numer. 81. 82. Hermos. *di. glos. 3. num. 25.**********

Dominum rerum donatarum quae fuerunt donatario acquiruntur per donationem, ea revocata per filii nativitatem, reddit ipso jure ad donatorem, cui rei vindicatio datur; Glos. *fin. in di. l. si unquam, Tiraquel. verbo, in ejusdem donatoris arbitrio, n. 1. Mangil. *qu. 97. n. 1. Boeza supra, c. 34. n. 4. vers. Si donans*, Hermos. *glos. 10. n. 2. Baiard. in *addit. ad Clar. in di. §. donatio, lit. A. Ruin. *conf. 173. col. penult. donatariusque in foro conscientiae, non expectata iudicis sententia, ad restitutionem tenetur, Pat. Molin. *supra* num. 3.****

Utrum legata, donationesque causa mortis, nativitate filii revocentur? solet disputari, de quo Hermos. *d. glos. 3. à num. 8.*

Est questio non omitenda, an si donator post filios susceptos supervivat, possitque propriam declarare circum donationem voluntatem, nec fecerit, atque ita decedat, ea taciturnitate donatio convalescat?

lescat? Et affirmativam partem tuentur Salicet, *in d. l. si totas, n. 3. C. de inofficiof. donat. Tondur. d. ca. 54. à n. 9. Seraphin. *decis. 120. num. 4. Tiraquel. d. verbo. Susceperit liberos, n. 211. Jul. Clar. §. donatio, *qu. 23. num. 10. Menochi. ex multis; conf. 994. n. 28. Pascali. *de virib. patr. potest. lib. 2. ca. 8. n. 113. Theaur. *decis. 121. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. n. 20. Ant. Gom. d. c. 4. num. 12.******

In contrariam itum est sententiam per Gregor. Lop. *in d. l. 8. glos. 9. n. 9. 10. Pro quorum conciliatione dicendum est, primam sententiam procedere, cum donata penes donatarium sunt, nam ex quo ea pater donator non avocavit, quasi ex novo consensu donatio reviviscit. Secundam, si ea qui donavit, habeat apud se; quia ex eo quod nunquam tradidit, oritur praesumptio, quod voluit legis beneficium revocantis donationem gaudere? quam distinctionem probant Ripa *in di. l. si unquam, num. 106. Valasc. *consul. 31. num. 6. vers. Atter etiam Mangil. *di. qu. 97. num. 18. Hermos. *supra* n. 5. 9. Tondur. num. 13. 14. Rota *decis. 591. num. 5. part. 3. in recent. Ferrer. ad Guid. Pap. *decis. 214. Pat. Molin. *di. disp. 282. n. 8. Et ubi calus occurrerit, maxime attendendum est, an filii donatoris, quorum causa revocatio contingit, sine, qui litigant; nam facilius posterior opinio erit admittenda; cum vero simile non sit, defunctum confirmasse actum irritum in favore extranei adversus propriam sobolem; argumento l. cum avus, 101. ff. de conit. & demonstr. Tondur. n. 15. Tiraquel. *ubi proximè, d. n. 211. Hermos. *di. num. 9.*********

19 Donatio filio facta, per nativitatem aliorum non revocatur in totum, ex *di. libro si unquam*; sed quod legitimam eis debitam, juxta *di. libro si rotas*, Curell. *supra* *di. special. 3. numer. 3. Clar. *di. *qu. 22. num. 3. Anton. Gom. *di. capit. 4. num. 11. Tondur. supra, num. 1. Castill. *quotidianar. *controv. lib. ca. 13. n. 4. in princip. Trentacinq. *di. resolut. 4. n. 12. Cancr. *supra* num. 125. Pat. Molin. *disp. 283. Petr. Barbof. in l. 2. in princip. part. 1. n. 168. in fine ff. solut. matrim. Cardof. in prax. iudic. verbo, donatio, num. 41. Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 2. numer. 81. Francisc. Molin. *de rit. nuptiar. lib. 3. qu. 2. n. 82. 83. Tiraquel. verbo, libertis, num. 75. Anton. Fab. in eod. tit. de revocand. donat. lib. 8. definit. 5. Gutierrez. de jurament. *ment. testator. lib. 1. cap. n. 11. Osuald. ad Donell. lib. 14. capit. 32. lit. C. Hermos. *glos. 4. numer. 2. Ratio est quoniam praesumitur patrem, etiam si de futuris libertis cogitasset, non ideo minus praesentem sibi dilectum, ac beneficium largitate fuisse prosequutum.************

20 Aliud juris esse, vult Gutierrez, *supra*, num. 13, si naturali filio fuerit donatum, ac postea legitimi nascantur; nam in totum donationem revocari opinatur: sed magis placet, iudicis arbitrio relinquendum, qui ex amore patris, meritique filii naturalis aestimabit, utrum pater donasset, licet de legitima prole cogitasset. Nec refert, huiusmodi filiis futurus jus non esse: siquidem non de iure filii, sed de patris voluntate disputatur, quae non minus erga vulgo quaesitos, quam legitimè natos solet esse propitia, ut experientia compertum est; Rota apud Vivian. *in prax. jur. patr. *decis. 45. num. 11. Morla in *empor. jur. tit. 9. qu. 12. num. 5. cum natura inter eos (à qua paternus provenit amor) nullam constituat differentiam Auth. quib. mod. nat. *effic. legit. §. si quis sanè, Cyriac. tom. 1. *controv. 9. num. 2. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 23. num. 8. 9. Bald. in capit. *que in Ecclesiarum, num. 86. de constitutionib. Non obstat idem, quod filius naturalis non revocat donationem per patrem extraneo factam, ut legitimè natus facit? illud enim provenit à lege, quae noluit indulgere parentibus ob liberos turpiter quaesitos. Et pro nobis faciunt Ripa *in di. l. si unquam, qu. 28. & D. Covar. *de matrim. part. 2. capit. 8. §. 4. numer. 22. dum tenent, donationem filii naturalis nativitate ex ea constitutione revocari; nam cum aequiparent filios naturales legitimè natis in illo casu, à fortiori in hoc; de quo agimus, responderent. Quod si adoptivo donatum fuisset, ratio amoris naturalis in patre deficit, atque ideo Gutierrez. sententia iure videretur admittenda, ut scilicet donatio in totum revocetur.*********

Ad Num. 2.
Ibi: Et videtur donationem hanc revocari.
Quod de iure Regio donatio facta filio, per aliorum nativitatem omnino corrumpatur, etiam quoad Tertium & Quintum bonorum patris, sentiunt Petr. Barbof. *in l. 2. in princip. part. 1. num. 169. ff. solut. matrim. Gregor. Lop. in di. l. 8. glos. 4. Angel. *titul. de las mejoras, l. 1. glos. 10. à num. 37. Bernard. Diaz *di. reg. 213. numer. 4. Sed contrarium est tenendum cum infra referendis num. 40.***

Ad Num. 3.
Ibi: Atque ita ipse opinor, non posse aptari.
Meliorationem fieri non posse, neque gravamen aliquid ejus ratione imponi, unico existente filio, communiter asseritur, Ant. Gom. *in l. 17. Taur. num. 19. Azeved. in l. 3. num. 13. titul. 6. lib. 5. Recopilat. Matienç. in l. 2. glos. 3. numer. 7. eod. titul. Padill. *in l. cum virum, num. 2. C. d. fiduciar. Palac. Rub. in l. 27. Taur. numer. 23. Gutierrez. *di. capit. 9. à num. 14. Peralta in l. Titius, §. Lucius, num. 16. ff. de leg. 2. Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 11. num. 3. Tell. Fernand. in l. 20. Taur. num. 2. Didac. Per. ad Segur. in l. unum ex familia, §. sed si fundum, num. 88. ff. de leg. 2. Alvar. *supra* lib. 2. capit. 2. num. 22. Hermos. *di. 4. n. 10. Fontan. *supra* claus. 4. glos. 9. part. 4. num. 133. 134. quicquid videatur Parlador. *ver. *quotidianar. lib. 1. capit. 7. Sarmient. lib. 8. *selectar. ad di. l. unum ex familia, §. si de Falcidia, num. 12. Spin. in specul. *testament. glos. 18. in princip. num. 16. 17. Unde majoratum constitui non posse ex Tertio bonorum, nisi accedente Regia facultate, docet Molin. *di. lib. 2. c. 2. n. 11. vers. Prima, quando; & d. c. 1. n. 3. quod numeris sequentibus, limitat multipliciter.**********

Sed praemissa intelligi debent, cum filius unicuique prolem non habet, alioqui avus cum possit meliorationem facere in persona nepotis, ut statim dicitur, non prohibetur filium gravare in Tertio, quod non auferit; argum. *l. constituuntur 8. ff. de jur. eod. cillor. ac consequenter majoratum constitucere, ut observat Molin. *di. c. 11. n. 5. Pat. Molin. *tract. 2. disp. 609. n. 2. Angul. *ubi proximè, l. 1. 1. glos. 6. num. 3. Telle. Fernand. in l. 18. Taur. *Quicquid doceat. Ant. Gom. *di. n. 19. vers. Sexid facti. Sed si tempore meliorationis extabant plures liberi, & cum parens moritur, unicuique duntaxat reperitur, meliorationem evanescere, resolvunt Castill. *di. lib. 2. capit. 13. 15. Cordub. de Lara*******

in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, à n. 16. ff. de liber. agnoscent. Hermol. d. glos. 4. n. 15. et si contrarium sentire videatur, Mieres supra, part. 2. q. 6. numero 174. in nov. edit. & in antiq. n. 39.

Ad Num. 4.

Ibi : Quamobrem isthæc ultima sententia.

Habens filium unicum potest meliorare nepotem ex Molin. de primogen. dist. cap. 11. num. 5. Alvarad. supra, d. ff. cap. 2. in princip. n. 23. in fin. Meneles in d. ff. l. unum ex familia, §. si duos, n. 5. Matienz. in d. ff. glos. 3. n. 4. Mieres part. 1. quæst. 21. n. penult. Azeved. in d. l. 2. Recopilat. n. 5. Burgos de Paz junior. in suis quæstionibus. q. 1. n. 20. Tell. Fernand. in d. l. 18. Taur.

37 Quod procedit, etsi ex tali filio unico, unicus sit nepos. Par. Molin. disp. 609. numer. 2. tit. D. Angul. sup. l. 11. glos. 6. numer. 3. fol. 615. Hermol. dist. glos. 4. num. 13. 14. contraria tamen tenet Ant. Gom. in l. 18. Taur. in fin. scilicet; quod habens filium unicum, & ex eo nepotes, nequit meliorationem facere; sequitur Emman. Suar. in addit. ad ipsum, in d. ff. l. 17. n. 19. ubi alios refert. Prima opinio ut verior, ac communior amplecti debet.

38 At si pater obtineat facultatem Regiam ad constituendum majoratum in filio, non poterit; in invito eo, nepotem primo loco vocare. Nec si facultas concedatur ad primogenium faciendum uni ex filiis, quos pater in precibus specialiter nominaverit, licebit id constituere in persona nepotis, etiam ex filio nominato nati; Villadiego in politic. ubi de formula libellandi, n. 209. Tell. Fernand. supra, n. 2. Everard. in locis, loc. 10. à simili, Socin. conf. 24. n. 11. libr. 31. Bart. per textum, in l. si quis ita ff. de testament. tit. 1. Gozad. conf. 9. num. 15. Gregor. Lop. in l. 2. tit. 15. part. 2. Sicut nec duos majoratus constituere virtute facultatis ad unum concessæ, ut latè probant Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. ex n. 4. quamvis habens facultatem ad plura primogenia instituenda, valeat unum duntaxat fundare. Idem numer. 56. cum seqq.

Verf. Cæterum ad institutum regrediens.

40 Donatio facta filio etiam unico si postea alii superveniant, revocatur quoad legitimam illis debitam, relicto Tertio, & Quinto bonorum donatoris donatario de jure Regio: ita Ant. Gom. dist. ca. 4. n. 11. verf. Et per consequens hodie in nostro Regno: Molin. de primogen. lib. 4. c. 2. n. 18. Mieres dist. quæst. 21. n. 10. Baëza supra cap. 9. n. 48. Guttier. dist. cap. 9. numer. 15. verf. Sed opinio, Par. Molin. disp. 28; à num. 3. Castill. quotidianar. lib. 1. cap. 13. num. 40. Hermol. dist. glos. 4. num. 8. Alvarad. lib. 4. capit. 1. numer. 36. Spino supra, glos. 11. princip. numer. 134. Gratian. Falcon. reg. 150. numer. 22. Matienz. in l. 3. glos. 3. n. 4. tit. 6. lib. 5. Recopilat.

Ad Num. 5.

Verf. Quæstioni tandem.

41 Donationem Ecclesiæ factam non revocari, nisi quoad legitimam filiis postea natis debitam, tenent Anton. Gom. dist. cap. 4. num. 11. Merlin. supra, lib. 2. tit. 1. quæst. 21. n. 34. Bernard. Diaz dist. reg. 213. limitat. 3. Menel. in l. cum acutissimi, n. 9. C. de fideicommiss. Falcon. dist. regul. 150.

n. 20. Gamma decal. 204. num. 3. ubi Flores de Medina; vide infra, numer. 89.

Ibi: Huic communi opinioni præter alia.

Verum non est par jus habere Ecclesiam, ac filium in bonis patris citra Legitimarum; imò hic præfertur, meliorisque conditionis censetur, ut constat ex iis; quæ notantur in d. ff. cap. in presentia; nam etsi juxta illud, facta substitutione sub conditione: Si sine liberis hæres decedat, substitutus excludatur, si institutus monasterium bonorum capax ingrediatur; id tamen limitatur, quando filius testatoris fuit substitutus, quo casu ipse admittitur, monasterio excluso: Mantic. de consuet. ultim. volunt. lib. 11. tit. 7. numer. 13. Fufar. de substitutionibus, quæst. 419 numer. 48. Menochi. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. numer. 44. Guttier. d. cap. 32. n. 35. Sanchi. d. ff. cap. 16. num. 38. 39. qui multos refert. Undè constat, filium monasterio esse potiorè. Idem comprobatur ex eo, quod filius revocat donationem antea à patre factam in totum, juxta d. ff. l. si unquam quod jus non competit monasterio, quod donator ingreditur; licet de ipso cum donabat, minimè cogitasset Tirsquel. verb. Susceperit liberos, à n. 42. Jul. Clar. dic. q. 24. n. 2. Mangl. quæst. 11. à n. 7. Molin. dist. lib. 4. capit. 9. n. 41. Falcon. sup. num. 23. Hermol. glos. 7. n. 4. 5.

Similiter filius ex bonis patris Legitimam non debet ascendere bus patris: Monasterium tenetur eam præstare post mortem Religiosi; Sanch. supra, dist. lib. 7. cap. 9. numer. 19. Avendaño in l. 6. Taur. gloss. 8. & in l. 40. glos. 4. numer. 23. Tapia in auth. ingressi, verbo, id dicitur nec de his; cap. 1. numer. 9. Guttier. supra, dist. lib. 2. cap. 1. numer. 95. 96. Ceval. quæst. 806. à num. 52. Castill. lib. 1. usufrequent. cap. 65. numer. 2. Lessi. de justit. & jur. lib. 2. cap. 41. dub. 10. numer. 83. licet contrarium receptius dicat; ac defendat Argel de acquir. possess. q. 2. art. 17. à num. 18. Ad hæc etsi filius præterius annullat, aut rumpat patris testamentum; l. 1. & per totum tit. ff. de liber. & postum. Monasterium Religiosi non infirmat antea conditum elogium, quamvis in eo præteritum se interveniat, Ceval. supra numer. 11. Guttier. dist. capit. 1. n. 1. Ex quibus, & aliis pluribus, quæ adduci possent, constat, filium, & monasterium diverso jure censeri.

Ad Num. 6.

Monasterium, quod quis ingreditur, loco filii ipsius non habetur, nisi in casibus jure expressis, Sanch. dist. c. 16. à num. 3. Molin. d. quæst. 14. n. 10. Mangl. supra, num. 18. 19. & alii ab his laudati, de quo innumeros agentes congerit Barbof. in d. ff. c. in presentia, n. 2. In cujus textus specie monasterium loco filii esse omnes fatentur, ut ibi probatur; non obstante, quod Pontifex hæredis non filii meminerit; nam secundum subjectam materiam de filio sensuit, licet hæredem expresserit; ut in simili Ulpianus in l. ex facto 17. §. fin. ff. ad Trebellian. Quod autem dicitur in Auth. de Sanctissim. Episc. §. sed & hoc presentia, conditionem haberi pro non scripta, locum habet, quando aliquid relinquatur, vel donatur in tempus nuptiarum, vel liberorum; ut in l. si ita quis 53. §. ultim. ff. de legat. 2. nam ea conditione rejecta, qui Divino cultui, vel Religioni se adscribit, sibi relictum aut donatum capit. Non verò si quis restituere gravetur, Si sine liberis moriatur; quia conditio nequaquam rejicitur, imò pro defecta habetur, si institutus monasterium ingrediatur, quod loco filii jure constituitur;

stituitur; alioqui si conditionem pro scripta non haberi dicamus, pura maneret substitutio, quæ sub illa facta est, atque ita substitutus admitteretur.

Est notandum decisionem d. c. in presentia, limitari; cum in fraudem substituti gravatus ingreditur monasterium, quia substitutus admittitur; fraus autem non præsumitur ex eo, quod in articulo mortis, quis Religiosus fiat, sed aliud probari debet, ut resolvit Molin. post Anton. Gom. & alios, de primogen. lib. 2. c. 5. n. 28. 29. Mantic. de consuet. ultim. voluntat. lib. 10. tit. 4. 18 19. Secundo limitatur, si alia pia causa sit substituta, Mantic. lib. 11. ca. 7. n. 12. Tirsquel. de privileg. pia cause, privileg. 95.

Ad Num. 7.

Ibi : Quamobrem Richardus Malumbrius.

Hæc ratio Richardi, etiam rejicitur à Guttier. dist. ca. 32. n. 57. Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 34. num. 11. verf. Cæterum Cancer. dist. part. 1. ca. 24. n. 16. Molin. disputat. 207. num. 18.

Ad Num. 8.

47 Ubi expresse testator cavet, ne monasterium excluderet substitutum, ejus voluntatem servandam omnino esse, sustinet etiam Guttier. n. 26. Menoch. de successione. creat. §. 21. n. 186. Mantic. de consuet. ultim. voluntat. lib. 1. tit. 7. numer. 18. Menoch. d. ff. pres. 83. n. 3. cum aliis, Costa in capit. si pater part. 1. verbo, si absque liberis, numer. 68. de testam. in 6. Argel. latè ubi supr. quæst. 8 art. 29. per totum, & ab art. 25. materiam tractat; Cancer. sup. capit. 4. n. 25. Atque ita est tenendum, etsi ex conjecturis tantum id voluisse defunctum manifestè appareat, ut infra ad numer. 1. ubi D. Covarr. docet; & comprobabitur num. 82.

Ad Num. 9.

48 Si puellæ legentur ducenta, Si nupserit, & centum, Si fiat religiosa, ei Religionem eligenti ducenta debent, cum Bart. tuentur Beroi. in d. ff. ca. in presentia, n. 494. Everard. loc. à matrim. carnali ad spirituale, n. 8. Costa in l. cum tale, §. si arbitrati, ampliat. 11. n. 5. ff. de condit. & demonstrat. Anton. Gabr. commun. tom. 2. lib. 20. verbo, Legatum, Pellizzar. in manual. Regular. tom. 2. tract. 10. c. 3. n. 50. Tabiena in summ. verbo, hæres, quæst. 16. n. 17. Roland. conf. 35. n. 17. Gomez Vaio in prax. lib. 2. quæst. 153. n. 26. & alii. Contra infra, num. 52.

Ad Num. 10.

49 Decisio l. Titie 99. ff. de condit. & demonstrat. non procedit, si vidua sub ea forma legaretur; atque idè, si nupserit, centum duntaxat percipiet. Nam conditio abstinenti à nuptiis non rejicitur in viduis, Auth. de nupt. §. quæ verò nunc, Guttier. de matrim. c. 21. à n. 32. D. Covarr. eod. tract. part. 2. c. 3. §. 9. num. 14. Pat. Molin. disputat. 207. n. 3. Sanchez dist. lib. 1. de matrim. disputat. 34. n. 29. Viduam accipere in presenti debemus, quæ à viro suo fuit cognita, quare ei, quæ contraxit, nec consummavit matrimonium, vel extra illud corruptæ, conditio viduitatis, sive non nubendi, apponi non potest: & quod de feminis dictum est, viris quoque convenit, quæ ultra allegatos probant Anton. Gom. variar. lib. 1. c. 12. n. 78. Costa in d. §. si arbitrati, limit. ultim. Eman.

Suar. in Thesaur. receptar. sentent. verb. Matrimonium, & verbo, Nuptia, Matienz. in l. 3. glos. 2. n. 14. tit. 1. lib. 5. Recopilat. Gratian. reg. 83. n. 14. Mantic. de consuet. ultim. voluntat. lib. 11. cap. 19. n. 2.

Ibi: Contrariam sententiam ob expressam testantis voluntatem.

Quando relinquuntur ducenta, Si quis nupserit; & centum, Si religiosus fiat; monasterium ingredienti minor quantitas in hunc casum relicta debetur, nam etsi legatum sub conditione nuptiarum debeatur Monacho, sive monasterio, hoc fit ex præsumpta defuncti voluntate, qui creditur favore Religionis idem relicurus, si proponeretur ei, legatarium illum perfectionem statum velle eligere; ut D. Covarr. quem omnes sequuntur paulò post docet, verf. Sed etsi alicui. Hæc tamen præsumptio locum habere non potest, ubi testator de utroque casu, tam nuptiarum, quam Religionis cogitavit, assignans quantum in unoquoque foret præstandum; & si plus tribueretur ingredienti monasterium, quam justum est, contraveniretur spectatè ejus, qui legavit, voluntati. Cum in manifestis, ac claris, nullus relinquatur locus conjecturis, h ille, aut ille, §. 1. ff. de legat. 3. l. continuus 137. §. cum ita, in fine, ff. de verbor. obligat. Menoch. supra lib. 5. pres. 40. n. 20. Sic præfatam conclusionem probant Cancer. d. c. 24. n. 20. Thesaur. quæstion forens. lib. 1. quæst. 60. Sanchez supra n. 13. Mantic. d. l. 11. tit. 18. n. 29. cum aliis. Menoch. d. pres. 83. n. 26. Perez in l. 1. ad finem, ante verbum: Con buenos testimonios, tit. 2. lib. 5. Ordinam. Guttier. d. c. 21. n. 14. & Canoniar. d. c. 32. n. 58. Pat. Molin. d. disp. 207. n. 15. Decian. cons. 41. n. 30. lib. 1. Habes supra, num. 48. qui contrarium sustinent.

Verf. Nam quod frequenter.

Leges conditionem inducentem viduitatem rejiciunt, etiam contra manifestam testatoris voluntatè, & tuta conscientia observatur ob commune bonum, Mantic. supra. num. 4. Riminald. Jun. conf. 215. n. 172. 173. Sanchez cum multis d. lib. 1. disp. 33. n. 2. At constitutio d. §. sed & hoc, præsentia nitetur præsumptione. Idem Sanch. n. 29. Menoch. sup. d. pres. 148. num. 14. Mantic. dist. tit. 18. num. 31.

Ibi: Sed etsi alicui legata fuerint centum.

Legatum alicui relictum, Si nupserit, consequitur legatarius monasterium ingrediens. Ita ex d. ff. §. sed & hoc presentia, docent Cancer. ubi proximè, num. 21. Costa in d. §. si arbitrati, limit. 4. num. 5. Mantic. num. 16. Guttier. conf. 26. num. 13. & Canon. dist. c. 32. num. 20. Menoch. dist. pres. 148. n. 17. Perez in l. 1. verbo, Legatum, col. 45. tit. 2. lib. 5. Ordinam. Pat. Molin. dist. disp. 207. n. 13. Pellizzar. supra, tom. 2. tract. 10. c. 9. n. 47. Sanch. dist. lib. 1. disputat. 33. n. 29. Quod, cum procedat ex præsumpta voluntate testatoris, ut nuper diximus; cessabit, nec legatum debebitur, ubi de contrario placito ejusdem constiterit; Sanchez num. 30. ubi laudat alios, D. Covarr. in cap. 3. num. 11. verf. Sextò, ex proxima, de testam. ment.

Idem juris erit, si legatarius sacris Ordinibus fuerit insignitus; nam & legatum capiet; quod tenebitur mortis tempore in usus pios distribuere; ex d. ff. §. sed & hoc presentia, ut constat ex traditiis